

vix te parem judicamus operi, quod vix peragendum
statueras. loquor de recensenda et in ordinem redigenda tam
vasta et ingenti Bibliotheca, quem laborem expertis novi,
et quam Latum hominem exigit, animi corporisque
viribus valentem. quam obrem saepe miratus sum, cur in-
mentem tibi non venerit alienam operam adscire, quae rem
tibi confectam parvis daret, solo te in tu omnia dispensante.
Thuanus Poematium typis Elzevirii excusum, miror te
ab ipso non accepisse, qui te non ignoraverit manum
opisculo addidisse. Habet hic de meis exemplaribus unum
plures, si tanti sunt, habiturus. De meo Epithalamio quod
nihil rescripserit Princeps doctissimus tanta eruditionis
et judicii Lector, rem dignam fecit, ut quem EUS TA XSTA
TOI 82a, non argueret sed dimittere. Tu quidem benigni
frons opusculum illud excipere dignatus es, ut meae solus
et quodam modo mirari tam extensi spiritus carmen,
(opus erat duarum potagricarum noctium) a me profectum
esse, quem vix brevicularum Epigrammatum spatia
egressum vidisses. quare nunc, quid dicturus sis, si prope
diem Poema Latine tuae Cima subjectum eo, cujus finem
in mille et quingentis versibus nondum in nemio
Argumentum est Vita omnis mea, Parentes, Natales,
Educatio, disciplinae, Itinera, functiones publicae et priva-
tae, Nuptiae, Liberi, prospera et aduersa. Historica sunt
istae, dices, et prosa aptiora. fateor. at neque diffiteor
animi nonnulli additum fuisse ex quo Epithalamium,
de quo dicebamus, longè quam sperare ausus eram
ampliare plausum exceptum vidi; apud Gallos eruditos
praecipue ~~Bojaro Gallico Poeseos hodie corrigphas, qui~~
tam prolixè illud Regi ipsi commendare dignati sunt.
ut in suam sermonem verti Ipse mandauerit Bojaro
Gallico Poeseos hodie corrigphas. Eius opera hic exemplar
addo. Tu vide, an et quousque vir ille Latinitatis genium
assequi potuerit, quantum alter alteri cedamus. Postea
versiculos gratum erit si ad me remitti cures. gratius
si valetudinem, ut supra monui. Vale vir proximè
et quid rerum agas fac subinde ne nesciamus. Haga,
22 Junii MDCC LXXIX.

N. Heinsio.

Constantinus Huygenius

Viro summo

NICOLAUS HEINSIO. D. Fil.

Non est hoc par pari referre Viri Amice, quod me quasi
Carminum tuorum censorem aduocas, qui istam à te operam
soleo

182/1

1060

soleo postulare. Nimirum me hercule impares sumas,
quam ut hoc inuicem agamus quod Muli solent. quando
tamen me loqui iubes, hoc maxime consilio, nisi fallor,
qui per hac tempora mouearis et mouearis, ne quem
capite ut apud Plautum est, aut cubito offendas aut genu
probo hoc imprimis, quod in allocutione publica ad
Principem, nuper tam acerbum Patria hostem, quam
ante hac nullum sremus expecti, eandem agi ac circum
spectis. Illud proinde, quod hic inter pulchra pulcherri
mum est, Fortunae constantis amor ^{ut} non agere
admiserim, ita de primo quod sequitur paginae tertias
disticho deliberandum arbitror, neque minus de illo,
Mite decus Regum: quae tu vide, an populares nostri
quin et proceres facile digesturi sint. De ceteris, toto
hoc in Poemate totum Heinsium agnoscere $\alpha\epsilon\tau\omicron\nu$
 $\epsilon\upsilon$ $\nu\epsilon\phi\epsilon\lambda\alpha\iota\varsigma$, quod qualem te ubique probas. Non
dissimulo tamen, paulo te hic in tertioreno et minus
quam in Elegia soles, perspicuum apparere: quod
consulto an effectaueris, ambigimus et zelhemius;
ut satis acer ille annis literaturae censor, tui tamen
ut nosti, perpetuus admirator. Itaque et in versiculi
non nullis obhaeremus, certe sensum omnium non
videmus assequi. Ausus sum pauca breui stigmati
signare ad aras paginarum. vide quid sit crabrones agita
re, et ignosce tam temerario candari. De Poemate
quo vitam meam complexus sum; ut videas $\epsilon\kappa$ $\pi\tau\omicron\delta\omicron\nu$
 $\epsilon\iota\varsigma$ $\kappa\epsilon\phi\alpha$ $\delta\iota\nu$ perductum esse, caput, ecce, et candam
opusculi mitto, quod cum jam excurreret ad propie
 $\epsilon\iota\varsigma\epsilon\iota\varsigma$ versus, nondum satis absoluisse videor: ita
quotidie aliud agenti occurrunt quae omissa nolim.
Vides ex hoc ungue quantum Leo sim, et quam pedes
tui alloquio inter meos fabulatus sim. Audax tamen
hoc facinus est, si quidem veris de Virgilio Plinius
scripsit, percellentissimum Poetam. Hortorum dotes
fugisse, rerum humilitate deterritum. Quidquid
de hoc meo est, nouum premeretur in annum, si
tot Autori superessent: nunc curabo certe, ut priusquam
e vini abeam, tibi castigandum exhibeatur, et
inuenies, ne dubita, ubi uliscaris impudentiam
qua

quod tibi hic insultari. De Prandio, quomodo humanissime
excepisti, quae te, securus esto. Ad te ibam et libros tuos.
De Salino invadendo, non magis quam tu ipse cogitaveram
nisi quod in animum, ad gentaculum te domo tua
evocare, quod cum per illos tuos non confirmatos pedes,
intempestivum vidi, malui molestus esse et inurbanus
quam tot momentis te carere. Vale decus nostrum
et me amas. Haga. Dec: CIOICLXXIIX.

Tantopere capias illo, Fortunae constanti amor, Rea
ut si mei arbitrii sit, ab hoc ipso disticho ordiar
omissis duobus primis, quibus subita parenthesi
in ipso limine, nescio quid detrimenti accidit.
Quidni etiam ab illo ordiaris? Francigenum caeleste
Jubarum. Ad Monasteriensem nostrum
quotiescumque profecturus es, sequar albis ignibus
absens, neque nisi Heinsius esses, tantam
felicitatem tibi possem non invidere.

N. Heinsio.

Summo viro.

N. Heinsio. C.H.Z.

(528).

Quando tam tui iniquus arbiter esse pergis, ut videri velis
opus habere meo consultore circa ipsam rem Particam
cujus diu principatum tenes, etiam jure hereditario.
ecce deo Epigrammate in Rutenum deestando quid sen-
tiam. Aperte loquar, et quam libertate uti poteris.
Totis quinque postremis distichis posset carere non
incommodo, utpote anterioribus non usque paribus
nisi esset illud a fine tertium, Naufragus hunc, quod
ego insettum velim ante quartum hoc, Pratibulot.
ut isto, maxima quod totum poematum absolueres.
Zelhemius non paulo memorosior, haesitat inquit,
et satis se capere negat, qui dicantur Sol et Oceanus
non capere manum puberis quibus gaevidam. Si hoc
tibi quoque μεταφορικῶς videri possit, tolle queat
sine detrimento ceterarum. Sic negati sumus. Pu-
de dictis nihil dictum puta, si qua deliramus, et
multum vale. Haga. XI. Martii CIOICLXXIX.

Libros duos de vita propria diu est
quod ad umbilicum duxi. quantum
limandi et poliendi otii et operae
impendendum habeam, ut te lectorem
ferant, vix video.

N. Heinsio.